

Vascula fictilia

(praeter antiquissima supra p. 1. 932, infra p. 986).

8603 A. Titi | figul.¹

A. Titi | figul.¹ | Arret.²

In vasculis fictilibus, Arretii potissimum et Romae, sed etiam alibi reperiri solitis, impressum (Romana exempla enumeravit Dressel XV 5649 a—k, Arretina Ihm XI 6700, 688, de aliis cf. Ihm l. c.). — 1) In nonnullis figu. — 2) In nonnullis Arre.

Vasorum terreorum Arretinorum mentionem faciunt Plinius h. n. 35, 160 et Martialis 1, 55, 6. 14, 98. Ex ingenti numero figulorum Arretinorum (inscriptiones collegerunt Dressel XV 4925 sq., Ihm XI 6700) originem adscripsit solus hic A. Titius (scariphatum semel in vasis margine Arelio III 44245, 44), figuli vocabulum etiam A. Vibius (XV 5755. XI 6700, 765). Nudum Arreti vel Arre. vocabulum est in fragmentis vasculorum Puteolis repertorum X 8056, 4 (de quibus cf. Zahn ap. Wiegand Priene p. 441 not.).

8604^a Felix | fecit vel Feli|x fec.

^b epoei¹ | Felix.

In vasculis Romae repertis (XV 5244 a, b, c nonnulla vidit Dressel). — 1) In aliis vasculis Romae et in Germania repertis est Onesijmus | epoi (XV 5598 a), Eros | epoi, Utilijs epof[i] cet. (XIII 40009, 147. 346, Riese Wcstd. Zeitschr. 1902 p. 238, 22. 243, 45. 252, 7). Cf. Buecheler carn. epigraph. n. 4099 cum add. p. 855.

8605^a Mommonis.

^b of.¹ Mommo.

^c of.¹ Momo.

In vasculis fictilibus tam ornatis quam ornatu carentibus repertis in Gallia potissimum, sed et aliis multis locis, in Britannia Hispania Africa item sed raro Romae et Pompeiis, maximo autem numero loco dicto Graufesenque territorii Rutenorum, ubi et formae fictiles eodem nomine inscriptae repertae sunt et scariphatum fuit in vasculis idem nomen (XIII 40010, 4374. XII 5686, 600. 602. VII 1536, 721. 722. XV 5555. X 8055, 27. II 4970, 350. VIII 22645, 244; Déchelette vases céramiques de la Gaule I p. 80. 99. 287; Hermet Revue archéol. 1904 I p. 76 seq.). — 1) Officina.

Inscriptiones vasculorum Gallicorum composuit Bohn CIL. XIII part. 3 p. 449—428. De locis et officinis, ubi singula genera eorum facta sint, accurate disputavit Déchelette vases céramiques de la Gaule (1904) I p. 28. 65 seq. 447 seq. 458 seq.

8606^a Apollinar. | cera¹.

^b [Ap]ollinaris cera.

^c Felicis cera.

^d cera Felicis.

^e Latin[i] | cera².

In fragmentis vasculorum et lagunarum fictilium, repertis in Gallia Narbonensi (potissimum apud Viennam) et prope Lugdunum: inscriptiones leguntur in clipeis rotundis opere anaglypho ornatis qui vasculis vel lagunis immissi erant (XII 5687, 9. 47. 48, plures dat Villefosse revue épigraphique vol. 5, 1903/4 p. 54—62. 68—78 cf. p. 86, Mowat ib. p. 458 seq.; cf. etiam Déchelette vases céramiques de la Gaule II p. 255. 283. 286. 304. 304). — 1) Significatur formam ceream, ex qua clipei anaglypti expressi erant, factam fuisse ab Apollinare (sic recto Froehner Musées de France p. 55). Praeter hanc artificis notam saepe leguntur in clipeis illis in-